
I. N. D. N. J. C.

DISSERTATIO PHILOLOGICO-PHILOSOPHICO JURIDICA DE

CAMPANIS,


Earumque Origine, vario Usu, Abusu, ac Juribus.

QUAM EXERCITII ACADEMICI LOCO Ex VARIIS AUTORIBUS conscripsit & elaboravit A. C. MDCLXXIX. IV. id. Aprilis,



Ioannes Christianus Reimannus

Salzungâs Philosoph. & J. U. Cultor, ut & Notar. Publ. Cæsar.





ISNACI

Typis Johannis Davidis Kolbii, Typograph. Aul.
MDCLXXIX.



Q. D. B. V.

SAcratissima jura circa quælibet versari, nemo est, qui in dubium trahere valeat, adeò enim Justitiæ jubar longè lateque dispergitur ac diffunditur, ut tam sacra quàm profana, tam publica quàm privata radiis suis accuratè penetret. Hinc nec male Philosophus eam præfert Hespero ac Lucifero inquiens: Neque Hesperus neque Lucifer ita admirabilis, sicut nempe justitia universa. Nobis sufficit ratio modo dicta, quòd, quemadmodum Soli omnia patent ab eoq; juxta Homerum, omnia inspiciantur; parili quoque ratione Juris divinæ prudentiæ cuncta subesse sit manifestum. Et quamvis Mathematici aliàs latum sibi in artificialia imperium arrogare præsumant, ita ut nihil rectum perfectumque putent, nisi quod eorum regulis præscriptus conveniat; nil tamen juris obtinere poterunt, sine Jurisprudentiæ directorio, cui etiam vel suam tandem immunitatem, absq; cujus beneficio forsan diu è Republica essent exterminati, gratam referre meminerint. Interim adhibeant suas regulas & mensuras, v. g. horologiis, bombardis, quarum tamen usus sine legibus, privilegiis & juribus concessis in Repub. ne ad momentum quidem subsistere posse videtur. Sic ipsa sacra divinitus vel instituta vel ordinata JCti sine crimine falcis in alienam messem immissæ per sua privilegia & munimenta sarta tectaque conservare student, unde & eorum tractatio suo quodam jure ad Juris scientiam pertinere scito, exinde Jus sacrum enatum, quilibet concedit. Cui rei & appellatio illa sacrata, qua Justitiæ Sacerdotes JCti rectissimè salutantur, egregie respondet, ut vel inde constet, iisdem curam rerum sacrarum haud temerè, vel ratione executionis

Aristot. 1. Eth. 5. c. 1.

l. 1. §. 1. ff. de J. & J.

A &

387

[illegible]


l. p. §. 4. 6. de recept. qu[illegible] arbitr. [illegible]tione patrocinii quoque incumbere. Quod si ita est, quemadmodum [illegible] instrui ac confirmari [illegible] [illegible] specialis miraculum illud [illegible] & plane stupendum [illegible] a nobis dicta, & ob varios suos usus nobis haut incognita, meditatione digna sit, tractatu quodam Philologico-Juridico explanem paulo clarius, maxime cum vix unum [illegible] alterum legere liceat, qui Campanarum originem, usus varios & abusus, privilegia item & jura recensuerit, ne dicam [illegible] neminem hujus materiæ dignum reperiri explanatorem. Ideirco de Campanis, quæ præeunte M. Rev. & Excell. Dn. Joh. Heinric. Melissandro alias [illegible]/ S. S. Theol. [illegible] Pastore Hulsaco, & Adjuncto Diœceseos Wangenheimensis & Gothanæ meritissimo, Dn. Præceptore meo fidelissimo, in variis autoribus hinc inde collegi, & mecum quasi quasi judicii trutinâ ponderavi, sequentibus Sectionibus & ordine sequenti proponendi fert animus:

I. Ut evolvam tractationem Nominis.
II. Definitionem seu Descriptionem, cum ejusdem uberiori evolutione.
III. Originem & Antiquitates varias.
IV. Usus varios sacros.
V. Usum profanum.
VI Abusum; & tandem
VII. Quædam circa easdem jura.

Nov. 109. pt. Consl. 1. & 2. in f. C. de v. J. E. In quibus ut feliciter progrediamur, piis votis, divinum fatigabimus Numen; sit Deus Principium, medium atque terminus ipse. Hisce præmissis sit nunc

SECTIO I.

Sistens Tractationem Nominis.



Nobis Tractatum de Campanis auspicaturis proderit genuinam vocis Etymologiam, quidque nomen Campanæ significet, inquirere. Ut enim ille juxta Plautum, qui viam nescit ad mare, amnem sibi quærit comitem; sic res ipsas ignorantes, dum jucundas verborum notationes & Quintiliani verbo, originationes, consequuntur, ad ipsarum scientiarum sublimia penetralia deveniunt. Unde illustris Scaliger: *qui verborum curam*, inquit, *indignam viro sapiente existimat, is homines nos esse dedocet*, qui ad indaginem rerum naturalium natus videtur. Ita ipsi JCti, inter quos laude suâ dignissimus Wissenbach. expressè dicit: *ad rectè docendum oportet primò expendere nomina*, quorum vestigiis insistens & ego hanc telam exordiar. Primo igitur loco, occasione præmissi tituli, in Disquisitionem vocemus ipsum Campanæ nomen. Hanc vero vocem, ut rectè notat Martinius, pro illo æneo instrumento hodie usurpamus, cujus pulsu & concentu populus in concionem vocatur. Per se autem Campana minimè substantivè, sed adjectivè jacet; licet substantivè bene in hac significatione usu veniat; ac si subaudiatur scilicet nota, vel quid aliud huic simile. Dicitur autem non aliunde, quam à Provinciâ Campaniâ, quæ est in Italiæ partibus, quia ibidem ejus usus primum sit repertus. Et quoniam dicta Provincia aliàs est famigeratissima, de eâ quoque pauca subjicere haud præter rem fore existimo. Campania Italiæ regio vini & frumenti fertilissima, unde & Bacchi Cererisque vocata certamen; nomenque sortita est à campis, seu locis campestribus, ut Livius tradit. Campus vero est terrarum planicies; dictaque campus, quòd brevis

l. de Plantus.
in com. ad tit. ff. de V.S. disp. 1 in pr. conf 1. §. 5. quib mod. jus patr. pot. sec. Ulpian. §. 2.
in Lex. Philos. sub hac voce.
Isidor. lib. 16. cap. 19. sicut vinū Campanū §. 33. I. de action.
Cluv. intr. Geogr.
Polyb. lib 3. p. 247.
Plin. l. 3. c. 5.
Isid. l. 14. c

sit pedibus; nec erectus, ut montes; sed patens & spatio suo porrectus & jacens, unde Græce [illegible] dicitur. Traxit autem nomen Campania [illegible] ex græc. Chanai, [illegible] quasi Chanaupus. Campania vero [illegible] dicitur felix, [illegible] Terra di Lavoro, & hodie [illegible] laboratoris; [illegible]: est enim eidem [illegible] omnium rerum fertilitas, ita ut natura luxurians, [illegible] & simul omnes delicias, [illegible] & delectationes hic effudisse videatur. Eapropter etiam luxuriosi Principes secessus ejus & litora petere solebant, ut fecit Tiberius, Caligula, &c. teste Suetonio in eorundem Vitis. *Omnium non modo Italia, sed & toto [illegible] terrarum, pulcherrima Campaniæ plaga est. [illegible] Nihil uberius solo*, unde eleganter Florus cap. 16. lib. 1 habet. Hinc [illegible] Proverbium: *Campana superbia.* Constat enim Capuam olim cum Romæ urbe de principatu concertasse, proindeque M. Tull: Cicero scribit: *Itaque illam Campanam arrogantiam, atque [illegible] ferociam, ratione & consilio majores nostri ad inertissimum ac desidiosissimum otium perduxerunt.* T. Livius lib. 1. decad. 9. similiter scribit: *Campanis [illegible] superbiam.* Et Aul. Gellius, Nævianum Epitaphium, quod in seipsum tumidius prædicat, ait esse plenum *Campanæ superbiæ.*

Nom. Lex. [illegible] Campus

Abr. col. nizii com. p. n. geograph. p. 173. sq.

Erasm. [illegible] Adag. p. edit. nov. m. 61.

in Orat. pro Rullo in Senat. post Red. & alibi.

in Noct. Attic. lib. 1. cap. 14.

§. 3. Inter Synonyma primo habetur Nola, dicta vel ab Episcopo Nolano, ut vult [illegible] *Neubus [illegible] Etymol. p. 26.* vel potius à Campaniæ quadam hujus nominis civitate, quod ibi tale instrumentum primum sit confectum; unde amplato nomine invenitur Nola pro qualibet parva campana; vel pro qualibet campanella refectorii, ut habet Vet. Voc. teste Marton. in Lex. Phil. & eo spectans versus grammaticus:

Cujus cella nolæ resonant, hunc tangere noli.

[illegible] de [illegible] Venere: Epigr. [illegible]

[illegible] Nolanis capitalis luxus inussit.

[illegible] hoc ænigmate: *In triclinio Coa, in cubiculo* [illegible], [illegible] oris obscœnitatem & [illegible] libidinem Nolanis communem: ut cum libidinosa & [illegible] in convivio, & quædam Venus Coa, in cubiculo à nul-[illegible] abhorreret. Quidam ad obscœnum verb. [illegible] [illegible]. Sed hæc obiter. Hinc tamen incredibile [illegible] urbem Nolam dictam ab aversione, quod quis eam [illegible], sc. ob nefariæ libidinis suspicionem, seu potius infami-[illegible]. Sed [illegible]. Schelle est à Schallen / sonare, quod vel [illegible] non est dissimile, sicut Glocke vel Klocke à klin-[illegible] / [illegible] fere est illi Arab. [illegible], quod alioquin sphæ-[illegible] significat: sunt enim nolæ & campanæ rotundæ. Had. Jun. lib. 4. Anim-adv. c. 11.

§. 4. Pro synonymo est quoque *Tintinabulum*, quod est [illegible] tintinandi à sono vocis dictum, sc. à tintino, [illegible] quod vel [illegible] judicio est rerum exiliter sonanti-[illegible], quod verbum habetur apud Nævium, cujus significa-[illegible] illud Juvenalis Sat. 6. Beccman Orig. L. L. p. 110, Scal. c. 13. de Caus. L. ling.

[illegible] pelles & tintinabula dicas
Pulsari.

[illegible] liquidis Ebræi צִלְצְלִים vocant tintinabula, à Rad. צָלַל, quod inter alia tinnire significat, unde & græc. [illegible], cui vel respondet פַּעֲמֹן, quod LXX. per gr. [illegible] interpretantur. Tintinabulum est etiam genus vehi-culi à [illegible] & sonitu. Plauto Trucul. Act. IV. Sc. 3. it. Rud. Tintinaculus jocose dicitur, qui percutit corpus, ut quasi [illegible]. Tintinaculi viri sunt carnifices, qui tintinacula habent ad sumendum de aliquo supplicium. Num qui ad supplicia ducebantur, tintinacula gerebant; vel, ut Zonaras exprimit, propter crepitum plagarum sonitumque verborum. Laudatus JCtus Rein. Neuhus. tintinaculos exponit viros, Turneb. Adversar lib. XII. 21. Rosin. antiq. lib. 2. ad c. IV. Paralip. p. m. 226. sq

qui ferreos compedes indebant vinciendis, quia tinnitum edebant, dum eas accuderent pedibus, quò modò & apud nos hodienum lictores ad carceres damnatos ferreis hujusmodi vinculis, germ. etiam Schellen dictis, solent constringere ac in custodiâ suâ retinere.

§. 6. Cymbalum etiam pro Synonymo habendum, quod genus est instrumenti Musici, græcè etiam cymbalon, vel à cymbos, id est cavitas, quòd conchæ capitis simile, vel etiam crembalon appellatum. De his notatu digna Isidori lib. 3. cap. 21. recensio, quâ scripsit: *Cymbala & acetabula quædam sunt, quæ percussa invicem se tangunt & sonum faciunt.* Græcis verò Cymbala ballematica dicta sunt scilicet instrumenta, quæ ad saltandum pulsantur. Notamus hoc loco & Petasum dici tintinabulum majus *ex Sueton. in vit. Augusti* c. 82. à petaso, id est galeri formâ & similitudine; quia, ut ex Varrone Plinius, quem allegat, habet, ex petaso excepta catenis tintinabula pependerint, & ita per Metonym. Subj. Continentis pro re contentâ.

Becm. Orig. L. lat. p. m. 697.

Mag. de tintin. c. 1. p. 5. in H. N. c. XIII. lib. 36 conf. Buch. in Thes. Fabr. p. 24.

§. 7. Parili quoq; ratione Æs per Metonymiam Materiæ pro Materiato pro Campanâ valet; sicut Æramentum notante Cl. B. Dn. Buchnero d. l. est aliquoties, apud Plinium præsertim pro opere aut instrumento ex ære; ut ferramentum ex ferro. Sic Papin. Statio dicitur Campanum æs, quòd olim in genere inter omnia genera æris utensilibus est probatissimum, ut apud Horatium *lib. 1. serm. Sat. 6. v. 117.* Adstat echinus

Vilis cum paterâ guttus, Campana supellex.

i. e. ut exponit Acron, fictilis vel viminea vel ænea, quia in Campaniâ dicebantur æneæ res optimè fabricari. Adcirca in hunc Horatii verba sunt *B. Summè Rev. & Excellentiss. Dn. Dn. Rappolti Poetæ & Theologi Lips. quondam celeberrimi* in ... Comment. sequentia: *Echinus* est olla fictilis cum vasculo ..., sic nominatum à similitudine echini, animalis ... spinis ...

Bart. com. lib. 6. Theb. v. 687. p. m. 578. sq. Mart. Lex. & Isid. l. 16

p. 543. ex Minel. not.

laurentis par vi pretii.unde oleum aut vinum guttatim defluat. Quæ tota fere ... in Campaniâ facta & fictilis ... argillæ in Campaniâ bonitas & copia est: unde plurimæ illic figlinæ. Huc refer, quæ Turnebus Advers. lib. 23. c. 6. Olei fossiles erant Campaniæ, ubi figlinæ erant. Unde quoque exponi potest illud Propertii:

At tibi, Mamuri, formæ cælator ahenæ,
Tellus artifices ne premat Osca manus.

lib. 4. Elegia

§. 4. Quoad Homonymiam Campanam dicimus, quicquid ejus formæ externæ quoquo modo respondet. Sic Campana est statera, vel virga signata libris & uncis, & vago pondere mobilitata: unicuiq; autem ponderi certus est modus, nominibus propriis designatus. Hinc Meursius in Gloss. Græco-barb. scribit: *& nos pondera habemus in morem campanæ formata.* In re herbariâ habetur etiam Campanæ, vel campanulæ flores diversarum specierum, sc. media, alia major, minima vel Sylvestris, quod nomen ipsis est, quod flores habeant campanulis fere similes staminibus in medio candidis, germanicè hinc quoque Klocken / & sylvestris Finger-hut / ... digitali formâ dicti. Aliud Campana Campestris est, per quam intelligimus furem in patibulo suspensum, germanice ... eine Feldtlocke. Sed Campanæ quoque malleus, Campidolium, alio nomine Rhobalon, in Catalogo herbario docet etiam herbam Nymphæam, quæ clava Herculis Martellus dicta, a radice clavæ simili. Tandem & quædam Paro ... Scriptoribus Ecclesiasticis usitata reperiuntur, ut non ... Copanula & Campanella; sed & Campanarius, Campanarum sc. fab[r]icator, & ejus uxor dicta Campanaria: Campanile turris, in qua sunt campanæ, Italis etiam usitatum, pro quo Galli habent; chlochier, Græci Campanarion.

Ibid. lib. 1. cap. 24.

Hadr. jun. in nomēclat.

Plin. Hist. N. l. 35 c. 7.

Anastas. in Leon. 4.

SECTI-

SECTIO II.

Proponens Definitionem Realem.

§. 1. SI accuratius hic procedere malimus, Campana definienda est, quod sit *Forma artificialis ex ære probato conflata & educta, speciem ovalem, (vel dimidii ovi) gerens, & in pyramidos fere figuram exiens, angulô non accutô, sed obtusô, in loco editiori appensa ad convocandum populum, ut paratus esse possit, ad exercitia sacra vel maximè, vel tamen alia publica solennia a'exercenda.*

de convoc. ad æd sacras. §. 2. Minus accuratè, vel vulgari modo, eandem Descriptione seq. adumbrat Balsam. Campana est signum convocationis populi in templum.

§. 3. Priorem priori explicabimus loco, juxta quam Campana definitur Forma artificialis, & rectè. Sicuti enim Formas quasdam naturales, v. g. Leonis, Canis, Arboris, Rosæ &c. ita alias artificiales esse Logici pariter & Physici docent. Ast verò, Campanæ formam quilibet vel primò seu confuso conceptu Naturalem minimè esse signat; hinc reliquum est, venire eandem in censum artificialium, quæ ad Prædicamentum Qualitatis, ut species ad suum genus, suapte refertur. Monendum autem Formæ significatum non esse eundem cum illo Corporum naturalium Principio, quæ juxta Aristotelem est; sed Formæ conceptus hoc loco ferè idem est, atque aliàs figuræ, quæ cum in Mathematicorum schola est à corpore abstracta, pro variâ suâ æstimatione; ita hoc loco Forma artificialis in corpore seu materiâ quadam artificiali perfecta & affabrè constructa exhibetur ab artifice. Ita v.g. Calceus, Vestis, Annulus Forma artificialis salutatur & definitur.

Bechman inst. Log. in h. l.

§. 4. Differentia specifica sumitur à Causâ Materiali, eâq; subjectivâ, quæ hoc loco est Æs probatum. Sicut enim non ex omni Materia quælibet res fieri vel formari potest, nec ex

omni statuâ fieri Mercurium, in proverbio sit: Ita nec Campana ex omni ære vel metallo conflari potest, sed ex ære ab artifice, cui in arte suâ credendum, juxta commune effatum, ad id approbato. Id tamen certum est, optimè sonantes campanas fieri ex argento, qualis minima illa in Gymnasio Portensi, medio inter dormitoria inferiora, loco appensa, diebusque festis pulsari solita, celebrari crediq; solet; vel ex ære, cui argenti multum additum. *Et*, ut rectè judicat Savedra, *si metallum vel probatum non sit, vel aliud lateat vitium, è sono ilicò dignosci possit*. Et omninò *ex pulsu noscitur ipsa*. Porrò ad Differentiam Specificam referendum, quòd dicitur, Campanam *Speciem Ovalem, vel dimidii ovi habere*, & in *pyramidos* ferè *formam exire*. Quibus verbis Forma depingitur externa, interna enim innuitur verbis itidem prioribus *æris probati*. Externa autem illa forma duplici ratione depingi voluit, partim per *Figuram ovalem*, quæ, qualis sit, ex ovis Mathematici ut traxerunt in suas disciplinas, ita natura eandem docet & commonstrat, quæ ipsa figura in Mathesi quoq; habet usum longè maximum. Non autem integram ovalem formam in Campanis conspici diximus, sed tantùm quoad dimidiam ejus partem, aliàs enim ea integra sonum impediret, & id, quod debet, signare nullatenus posset. Quin quò pistillum commodius allidere possit, in infimâ sui parte Campana habet retortam clatioremque coronam ad pulsus liberiùs recipiendos, & in aërem sonum formantem ejaculandos: ex alterâ vel supremâ sui parte, vel quasi pyramidalem gerit speciem; non quidem in angulum acutum, ut veræ pyramides propriè desinunt, sed maximè obtusum exeuntem.

in Symb. Polit. XI p. 84.

§. 5. Reliqua verba differentiam quoque specificam complentia, & ab adjuncto loci petita, quòd Campanæ in editioribus locis appendi debeant, explicatione non indigent, nec etiam sequentia, quæ ex sequentibus lucem suam repetent.

§. 6. Nunc quoq; De Signo nomen examinabimus, quod Generis loco habet Signum, cujus Synonyma sunt Nota & Indicium; quod secundum Augustinum hunc in modum describitur: *Signum est res, quae praeter speciem, quam ingerit sensibus, aliud aliquid ex se facit in cogitationem venire*, ut cum vestigium animalis videmus, animal transisse cogitamus; aut cum tubi sonum milites vel progredi, &, si aliud quid pugna postulat, oportere noverunt. Idem alibi: *Signum*, dicit, *quod & se ipsum sensui, & praeter se aliquid animo repraesentat*. In quibus signi descriptionibus dubitare licebit, an recte de omni & quolibet signo dicatur (1) quod speciem quandam ingerere debeat sensui. (2.) Quod omne signum mediante sui cognitione signet, sive, quod omne signum prius debeat ipsum cognosci, quam ducat signatum in cognitionem.

lib. 2. de doctrin. Christ. c. 1.

lib. 1. de princ. dial. lect. cap. 5. Maccov. in Metaph. c. 12. p. 107.

§. 7. Priusquam decidamus, dubium non est, fuisse vocem signi primo impositam ad significandum signa sensibilia, idq; propterea, quod omnis nostra cognitio naturaliter incipiat à sensu, juxta illud Aristotelis: *Nihil est in intellectu, quod non prius fuerit in sensu*; attamen sicut multiplicatis rebus Terminorum significatio quoq; ampliatur, quemadmodum v. g. in terminis manducationis, generationis, factum est; idem & hic obvenit, ut postquam recentiores Philosophi observarunt, praeter signa sensibilia, alia etiam dari. Dari autem & dari posse praeter signa, quae speciem sensibus ingerunt, etiam alia, quae nihil sensibus ingerunt, perspicuè docent nobis (1.) locutio Angelorum, qua sibi invicem secreta manifestant. Nostrum autem in praesentia non est, hic definire, quaenam determinatè sint illa signa, per quae Angeli loquuntur, sed sufficit ad mutuam Angelorum locutionem requiri signa, & signa illa non esse sensibilia. Idem (2.) probabile est ex speciebus intelligibilibus & conceptibus, qui ipsi Aristoteli signa rerum dicuntur, quia ad analogiam signorum sensibilium objectum can-

Becan. p. 1. Theol. Tr. 3. q. 14. §. 1. Vasquez to. 2. disp. 211. cap. 1.

de Interpr. cap. 1.

tanquam signatum intellectui repræsentent; nec tamen conceptus aliquid sensui imprimunt. Stantibus his, signum quà tale & in latitudine suâ spec em sensibus non ita ingereret: multo minus ea sententia procedet Zvvinglianis quibusdam favorabilis, Ursino maximè, quà omne signum debeat esse *visibile*. Si enim ne illud quidem solùm signum est, quod sensui in genere aliquid repræsentat, quà fronte poterit ratio signi ad solum restringi visum? Annon pulsus campanæ est signum instantis cultus sacri, nec tamen Ursinus dixerit, se campanarum sonum oculis usurpasse, qui tantum est objectum auditus. Nec secundò juxta Augustini Descriptionem requiritur, ut *signum prius cognoscatur, quàm in alterius cogitationem vel cognitionem deducat*, sed hoc procedit saltem de signo, quod vocatur *instrumentale*, cujus natura est, ut mediante sui cognitione rem repræsentet. Signum autem formale in eo instrumentali solet contradistingui, quòd immediatè sine sui cognitione signet. Ita cùm rei visibilis signum est species visibilis, non prius præmittitur cognitio ipsius speciei, sed per illam speciem cognitio producitur. Meisn. in Philos. Sobr. quæst. Met. c. 6.

§. 8. Hinc pro Augustini Descriptione, quæ definito suo est angustior, Arriaga suam substituit: *Signum est*, ait, *quod facit nos in alicujus rei cognitionem venire*. Et Oviedo. *Signum*, ait, *est, quod institutum est, ut nos faciat devenire in cognitionem* alicujus. Sed & latior hæc suo est Definito. Justius & accuratius, nostrô quidem judiciô *Signum definitur, quod sit res, quæ potentiæ cognoscenti immediatè aliquid repræsentat.* Per Rem Signi Materiale insinuatur. *Materialiter* enim & subjectivè Signum spectatum Rei identificatur, licet de eo formaliter sumpto verum sit; Signa non esse res: Item: Signa rebus contradistingui; sicut in hanc rem Zabarella rectè scribit: *Quando distinguimus rem à signo, non propterea signum non esse rem dicimus, sic enim esset nihil, proinde signum appellari non posset.* Sed Disp. 13. Log. 1. n. 1. Contr. 8. Log. punct. 1. lib. 1. de divis. c. 7.

 cùm

cùm rem à signo distinguimus, nihil aliud significare volumus, quàm aliquid esse rem tantùm & non signum, aliquid verò esse & rem & signum. Porro *potentia cognoscens* non pro solo intellectu, sicut nec pro solo sensu accipitur, sed latius, ita, ut utrumque sub se complectatur, vel, ut signum tum intellectui, tum sensui signare possit.

§. 9 De intellectu res est clara. Sensus autem, in duplici sunt differentiâ, alii Interni, Externi alii, cumque considerari velint vel prout sunt in homine, vel prout sunt in brutis, de utrisque in utroque subjecto itidem affirmatur, esse eos potentias, quæ signis utantur, licet externis sensibus non nisi signa formalia possint tribui. Esse autem brutis etiam sua signa experientia testatur, quæ clarè ostendit non solum bruta aliis signis, quibus inter se appetitum suum significent, (sic gallinam audis glociando pullos suos ad se congregare, & columbum gemitu conjugem ad se invitare) sed & ex placito talia percipere signa. Quis neget nolarum sonitum è collo equorum vel boum muribus signum esse horroris, quod etiam fabulorum magistris pueris ve noto notius est? Posse Canes adsuefieri, ut ad aliorum nominum mentionem immoti quiescant, ad nomen autem Patris familias subsiliant caudasq; læti bundi moveant, siquidem is vulgus hoc est notissimum? Si Historias consulere velimus, de admirandâ brutorum nonnullorum docilitate non deficerent exempla. Notus est Alexan-

Curt. lib. dri M. Bucephalus, qui neminem alium præter Dominum suum regio stratus ornatu admisit. Hieron Cardanus se se-

lib. x. de subtil. p. 318. mestri temporis spacio ita erudiisse canem refert, ut nec puer docilior videri potuerit, cum ipsos nutus intellexerit. Adde, quæ de canum mirâ sagacitate ac docilitate Lipsius notavit.

Cent. Epist. 84 ad Belg. Idem Cardanus se Elephantum Mariæ, Reginæ Bohemorum, Caroli V. filiæ, juvenculum, annum 16. agentem,

vidi-

[illegible], qui adeò docilis, sessorem suum planè non [illegible]nus, quàm homo alius intellexerit. *Inter reliqua, ut, cùm affirmare vellet, dextrum crus flectebat, utque sensim [illegible] illud elevabat: baculum, quô regebatur, ubi excidisset, pro[illegible] arreptum porrexit sessori.* Ubi Archi-Episcopus Mediolanensis adesset, monitus illum anterioribus cruribus inclinatis & capite salutavit. Ubi ille diceret: Effare aliquid, mugivit. Perceptio autem talium in brutis signorum deferenda est ad eorum phantasiam. Et hæc de signo sufficiant, nunc ad Campanarum originem reversi properantus. plura vid. ap. Neand. dr. p. 1. o. per aur. p. 510. Pan. Hist. Nat. l. 8, c. 4 & 5.

SECTIO III.

Eruens Campanarum originem, & nonnullas circa easdem antiquitates.

PRopius nunc ad rem, & de Campanarum origine, vel inventore nobis dicendum restat. Sed hîc Rhodus, hîc saltus, obtinebit Proverbium. Si enim Polydoro Virgilio plurium rerum præstantissimarum investigatori hujus rei ignorantia condonanda, quid de nobis hîc non sperandum? Idque propterea quia, ut Varro dicit, *Vetustas multa tollit, pauca non depravat.* Hinc fieri fatetur laudatus Polyd. Virgil. *quod multis utamur, quæ aut ad suos minimè referri possunt autores, aut omninò ad nullos, utpote qui non produntur. Quorum proprios scriptores, quos si quæreremus,* pergit *nullos planè habuimus, neminem [illegible], [illegible] silentio præteriisse: quando istud admiratione dignum est, ut plurima nova inventa sint, quorum inventores nominiadamur, & ex iis quædam nec scripta habeamus, quô nomine vocari possint.* Porro deniq; scribit: *Quid jucundius reperiri potest horologio? quo nobis, etsi occultato Sole, per tintinabulum [illegible], sponte sonans, horæ nunciantur? Aut quid gratius ipso tintinnabulo, quod nunc campanam, non nullicolam nuncupant.* §. 1. Erasm. Adag. de re invent. lib. 3. c. 18.

inveniri potuit? quod licet recens inventum non sit, Mosis enim temporibus, teste Josepho lib. 3. Antiq. ejus usus erat, de quô Martialis cecinit.

Redde pilam, sonat æs thermarum, ludere pergis?
Virgine vis solâ lotus abire domum?

Utriusque tamen auctor pariter est obscurus. Simile adducit de pyxide nauticâ; item de tormento æneo, quod bombardam vocamus, cujus posterioris *auctor*, inquit, *Perilli exemplo, sicut opinor, monitus, non temerè suum nomen occultavit, ne in se, ut merebatur, primum hujusmodi tormentum experiri cogeretur. Sicut de Perillo Ovidius canit.*

Plin. l. 5.

lib. de art. am.

Et Phalaris Tauro violenti membra Perilli
Torruit, infelix Imbuit auctor opus.
Justus uterque fuit, neque enim lex æquior ulla est,
Quam necis artifices arte perire suâ.

Licet verò de Campanarum inventore tale minus verendum fuisset, alio tamen casu illum apocryphum esse experimur. Nos autem, ne planè nihil curiosius de eô inquisivisse videamur, veterum monumenta de Campanarum origine paulò diligentius evoluturi & discussuri experiemur ingenii nostri modulum.

§. 2. Campanarum ortum & usum nimis recentem nonnulli autores, incerti quô præcisè annô, tradunt. Hospinianus de orig. Templ. l. 2. c. 14. in libr. de aquæ benedict. & baptis. camp. orig. post annum à nato Christo D. earundem demum usum repertum testatur, ante quæ tempora Campanarum usus nec viguerit, nec eô indiguerit primitiva Ecclesia. Ab aliis proditur Paulinū Episcopum Nolanū divi Hieronymi synchronum, virū sanctimoniâ vitæ spectabilem primum campanæ usum in suam ecclesiam invexisse, primamque Campanam fusam fabricatamque curasse; ut adeò à Provincia Campaniæ in Italia, vel Nola, tanquam suo natali locô nomen easdem

Panciroll. Nov. rep. lib. 2.

[illegible] constet, ceu ex quidam Epistola [illegible] [illegible] Juli. [illegible] aliique [illegible] ludunt [illegible] Anno Christi CCCCXX [illegible] [illegible].

§. 2. Ex quo apparere vult, quasi priori seculo Campanæ [illegible] vel planè fuerit ignotus. Sed redarguit eo[illegible] [illegible] Hadrianus Junius, ut rectè [illegible] [illegible] [illegible] qui apertè scribit, rem secus se habere. [illegible] Episcopum illum abusum sacrorum [illegible] [illegible] & [illegible] munia transtulisse, ut numerum ejus [illegible] habitantes ad conciones [illegible] frequentandas. Eisdem etiam usibus deputatas fuisse priscis seculis campanas, quibus hodie serviunt, [illegible]. Præterea scribit: *Olim, si quis è vitâ excessisset, [illegible] pulsabantur*, ut pervetus Theocriti scholiastes annotat [qui mos in hunc usque diem perdurat] quod is sonus credebatur purus, & avertere spectra & dæmonum ludibria [illegible] Ægyptii & Lacones, rege defuncto, lebetes vice campanarum complodere solere. Et Strabo meminit, Persas in [illegible] locum [illegible] Nolæ sonitu cogere. De aliis dicemus deinceps amplius.

in Nola. Dormitg. p. 93 seqq. [illegible] lib. [illegible] [illegible] Tom. 2. p. 4.8. [illegible] & quæ sequuntur. [illegible] Not. [illegible] curiosior. repert. l. 2. l. 2. tit. 9. Struv. in Disp. de lit. lib. 15.

§. 3. Hoc [illegible] sit, etiam ante Paulinum Episcopum Nolanum Campanis locum fuisse, Suetonius satis clarè testatur, Augustum fuisse, qui primus tintinnabula ad januas [illegible] loco ædis Jovis Capitolini posuerit. Sy[illegible] quoque in sacris tintinnabula adhibuisse, [illegible] [illegible] & autoritas; cujusq; ex scriptis cognoscere est, [illegible] fuisse sonum, [illegible] [illegible], ut complosione eorum [illegible] excitarentur. Nolæ etiam mentionem fecit Quintilianus, qui Domitiani Imperatoris ætate floruit. Notum enim illud Proverbium: *In cubiculo Nola.* De Græcis diximus §.

in vit. Aug. c. 9.

de merced. conduct.

antec. apud quos multis in locis antiquis nimis temporibus, æris sonum, tanquã rem validissimam, adhibitum fuisse, testes præterea sunt Macrobius lib. 5. Satyr. cap. 19. Campanarum etiam usum seu nolarum in sacris Cybeles aut matris Deûm receptus. Erant & in ostiis, ad pullum ciendum, quo Janitores evocarentur. Præterea apud Græcos vigiles in custodiendis civitatum muris tintinnabulis utebantur. Thucid. lib. 4. c. fin. Nec non ante Triumphantis currum nolam geri solitam Zonaras tom. 2. Annal. in Camilli triumpho testis sit. vid. de his & aliis Rosin. Antiq. lib. 2. p. 227. Nec tantùm in Cybeles sacris usus cymbalorum & tympanorum, sed etiam in Bacchi Orgiis obtinuisse à variis autoribus describitur.

§. 5. Apud Ebræos utut hodiernus Campanarum usus non fuerit, tintinnabulorum seu nolarum obtinuisse usum negare minimè possumus. Expressè enim Deus servo suo
Exod. 28. fideli Moysi præcepit: facies & tintinnabula auri פַּעֲמֹנֵי זָהָב,
33. & 39. 24. [& notabilis D. Joh. Adam Osiandri, Tubingensis Theologi
p. m. 227. Profess. celeberrimi Explicatio, qui in Comment. in Pentateuch. ita h. l. scribit פעמוני significare ei Cymbala; & nolas & quoq; campanulas] cui mandato promptè morem gessisse cap. 39. legitur. Et addit uberiores explicationis gratiâ lau-
Pierii hierog. lib. 37. datus Theologus: Si Justini Martyris, qui duodecim censet fuisse annexa Pontificis stolæ tintinabula, sententia subsisteret, non incommodè diceretur per tintinabula illa significatos fuisse Apostolos, famam de Pontifice Christo toto orbe diffundentes; si verò postrema, [sc. Hieronymi ad Fabiolam dicentis septuagintaduo tintinnabula fuisse, & totidem mala punicea]
I. ep. 124. posset applicatio fieri forsan ad LXX. Discipulos, de quibus
& part. 2. Luc. x, v. 1. Basilius tintinnabula adhærent, ut vitæ vox cum
cur. pastoral c. 11. v. 10 linguæ sonitu ipsâ bona opera clament Sacerdotis.

§. 6. Horum tintinnabulorum meminit quoque Siracides, & causam, propter quam Deus eis pallium Sacerdotis, quod

Ephod nominabatur, exornatum voluerit, exponit, nempe ut populus & sono tintinnabulorum Sacerdotis præsentem cognoscere haberet; ita Deum illorum precibus & supplicantibus singulis adfuturum & certò certius adjuturum fore. Eorundem quoque mentionem facit Polydorus Virgilius hunc in modum: *Ipsorum autem tintinnabulorum usus ab Ebræis itidem manavit: Princeps enim Sacerdotum, uti est apud Josephum. lib. 3. Antiq. superinduebatur tunicâ hyacinthinâ, ex cujus fimbriis tintinnabula pendebant, quæ sonitum ederent, cum ille esset sancta sanctorum ingressurus. Et hæc tintinnabula, quæ semper sonare debent, in extremo vestimento sunt posita: idcirco credo, ut de extremis temporibus & fine mundi unquam sileas, sed inde semper sones, inde disputes & loquaris.* Alium adhuc in V. T. tintinnabulorum usum viguisse Eusebius prodidit, dum in Salomonis Templi tectis plurima istiusmodi tintinnabula cum in usum fuisse scribit, ut illorum concentu ac sonitu aves hinc inde circumagentes & volitantes fugarentur; ne locus ille splendidissimus quid sordidi ab iisdem pateretur. lib. 6. c. 9. lib. 9. de præpar. Evang. c. 4.

§. 7. Loco Campanarum nostrarum in V. Test. tubas à Deo ipso præceptas ad convocandum populum fuisse adhibitas ex ipsis Scripturæ, in eâq; Sancti Numinis verbis, dum Deus Moysi dixit: *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus convocare possis multitudinem, quando movenda sunt castra, cumque increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis. Si semel clangueris, venient ad te principes, & capita multitudinis Israel, si autem prolixior ac concisior clangor increpuerit, movebunt castra primi, qui sunt ad orientalem plagam. In secundo autem sonitu, & pari ululatu tubæ levabunt tentoria, qui habitant ad meridiem. Quando autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, & concisè ululabunt, filii Aaron clangent tubis,* patet lucnlentissime. Præterea ex Sigonio prolixius discendum, quando, & quibus de causis populus convocatus Num. x. de Repb. Ebr. lib. 6. cap. 3.

 fuerit

fuerit, nempe; ad audiendum, ad orandum, & ad agendum.

§. 8. Ex his & aliis obscurum minime esse poterit, Campanas minime recens inventum, sed earum usum esse maximum, imo & antiquissimum esse. Neque obstat, quod in primitiva Ecclesia illarum usus non obtinuerit; quin jure censeri vocanda sunt nova, quae post illa tempora demum magis magisque sunt excogitata vel elaborata? Merito proin Carleonus Marcus, Joann. Tortellium, Laurentii Vallae amanuensem, quia quod tintinnabuli sive Campanae in autoribus mentionem nullam observasset, earundem quoque apud antiquos usum plane negavit. Id quidem protinus largimur, antiquos Campanas vel nolas, seu tintinnabula sua non de templorum turribus solitos fuisse appensos agitare, ut edinuerint. Nam ubi quis posuit turres tintinnabulis sonoras, veterum Christianorum vel etiam Ethnicorum templa habuisse antiquitus nobis nondum innotuit. Extra turres campanarum vel tintinnabulorum usum negare, est in cassum laborare. Recte igitur in hunc modum Magius scribit: Ego parvorum tintinnabulorum usum in coenobiis antiquius extitisse affirmaverim, cum & in privatis nobiliorum aedibus agnoscatur: ita audacter negaverim, Christianos homines campanis altioribus templorum pinnis aut turribus impositis, antiquioribus seculis accersiri consuevisse. Rationem reddit: quod sub illa Christianae fidei & nominis initia, ac succedentibus etiam temporibus, quibus immanissimi Christianae religionis hostes, & persecutores crudelissimi, acerrime saeviebant, Christianum nomen esset invidiosum, adeo, ut Judaica superstitio, fides nostra in Pandectis ab Ethnico Icto nominaretur. Non ergo publice, sed clam ad sacra & Ecclesias convenire Christianos oportebat, nullo vel campanarum, vel tintinnabulorum, vel alterius sonori instrumenti signo edito; quia ea res majoris securitatis. Nec credibile est ignora-

[illegible] de Tintinn. c. 2.

rum

rum sonitu ad synaxin vocari solitos fuisse Christianos, ut Amalario placuit, cui Cardinalis Baronius haud injuria contradixit. Et insuper idem Baronius testatur, se non invenisse lectionis cujusdam apud autorem, cujus testimonio probari possit, Ecclesiam aliquam solitam fuisse, populum (exceptis tribus diebus anni) lignorum crepitu & pulsatione convocare: sed tantùm monasterii monachos. Et quod statim subjicit: nec apud omnia monasteria hæc usu recepta fuisse. Speid. lib. ex Besold. in Th. pr. lit. c. n. 66

§. 9 Unde superest statuamus Paulinum Episcopum illum Nolanum, postquam, redditâ Ecclesiæ pace & libertate, sacra publicè adeuntibus sint restituta, editis locis turribusq; tintinnabula grandiora suspendisse, ex eoq; loco publico populum ad Ecclesiam vocare solitos fuisse, & successu temporis ad exemplar tintinnabulorum, campanas, seu, quod idem est, tintinnabula grandiora conficienda curasse, desumptâ formâ & conficiendi modo ab ipsis minoribus. Hinc etiam fieri potuit, ut illiusmodi majora, ab inventionis loco, Campanæ, vel nolæ à loco fabricationis, nomen receperint. Esse igitur Paulinus Episcopus Campanarum restaurator etiam amplificator, vel nominari potest potius, quam primus earum autor & inventor.

§. 10. Paulinum secutus est Sabianus Pontifex Romanus, tanto campanarum amore captus, ut Romæ, alibique horologiis non modò, sed & convocationibus hominum illas inservire mandarit; idq; Anno post nat. Christ. DC. Postea Johannes XXII. hujus nominis Romanus Papa, præscriptum divulgavit, quo sancivit, ut ter in singulos dies tintinnabula ad vesperam pulsarentur, ac tum unusquisque ter salutationem Angelicam, divæ virginis sacram, recitaret. Ex quo institutum manavit, ut hodie ferè ubique gentium (maxime in Romana Ecclesia) audito tintinnabuli sono, cuncti confestim Polid. Virgil. l. 6. c. 12. Marant. in spec. n. 114

è vestigio genua flectendo, orent. Et Zacharias Pontifex, id privilegium monachis dedit A. C. DCCXLVII. ut horas suas à Missa campanarum sonitu discernerent. Hoc modo Campanarum usus magis magisque innotuit, quamvis non omnibus statim simul locis, quod ex obsessione Orliens civitatis colligitur facta à Clotario, Galliæ Rege A. C. DCX. Obsessa enim civitate, Episcopus Orliensis, Lupus dictus, æra turribus templo ad D. Stephanum impositis ita movere jussit, ut raucisonos sonitus & terrificos clangores ederent. Quo facto, dum horrendus & assiduus sonus hostium aures occupabat, urbem obsessione liberatam relinquentes fugæ sibi consuluerunt, tali tanto horrore ac timore attoniti, ab incredibili mirabilique quodam impetu sese esse fugatos. Bonifacius VIII. turribus templi S. Petri contiguis pretiosas campanas inhæreri procuravit, ut habet Volaterran. l. 22. Orientales quoq; earum usu beati, circa A. C. DCCCXX. cujus autores Venetos comperimus, qui Basilio, Cæsari Constantinopolitano, illarum copiam fecerunt. Qua ratione paulatim usus per universam ferme terrarum ambitum Campanarum inclaruit, adeo, ut hodie nemini non esse possit exploratum.

Vincent. lib. 23. spec. hist. c. 9 & 10. Dieteric part. 1 cōcion. Sing. in D. Glo- cen. pret. Digt.

Bergo. lib. 1. Pandul. in Chron. Bale. cent. n. c. 68. Sabellic. lib. 1. Enn. ead. 9. Bergom. in Nicol. I. Pont.

SECTIO IV.

De Usu Campanarum Sacro.

Investigatis hactenus Campanarum natalitiis, pro instituto est, ut de earum usu, quem habent, disseramus paulo penitius. Duplicem esse eum, res ipsa docet: Non enim in sacris tantum; verum etiam in iis, quæ extra sacrorum usum sunt, inque iis, quæ ad bonum publicum spectant, illum cernere licet. Pro quo duplici quoque ratione incedendum est; priori tamen modo, ut in iis, quæ ad sacra spectant, summum Campanarum dijudicemus, in convocandis hominum longe lateque habitantium coetibus, ad concionem pa-

actionesque vel audiendas vel peragendas, non in convocandis personis alicujus universitatis, Collegii, Capituli aut Concilii Generalis, vid. Killig. in Dou[illegible] part. 2 [illegible] & Barthol. ad leg. 2 C. de Decur. l. 10. n. 3. posteriori, ut quoniam ad hominum societates spectant, usumq; politicum in politiis concernunt, explicatum reddamus. Brevibus quidem, sed elegantissimis verbis Guido Pancirollus utrumque tam sacrum quam profanum Campanarum usum sequenti ratione depingit: *Campanarum, inquit ille, maximus usus est: earum quippe beneficio horæ etiam procul audiuntur, sive velis in lecto [illegible], sive [illegible] ab horologio procul fueris distans, sive etiam [illegible] fueris.* *Præterea invitant nos ad divina officia; [illegible] possimus: & cum ad arma veniendum est, [illegible] convocant: ut & scholares ad lectiones frequentandas, judices ad jus litigantibus dicendum; ac, ut uno verbo dicam, omnia [illegible] publice intimant: & sine his [illegible] possumus de [illegible].* Hæc de utroq; in genere; nunc seorsim & in specie de sacro Campanarum usu. de nov. [illegible] tit. 2.

§. 30. Ad sacrum vero usum vel maxime Campanas esse inventas ex antecedentibus patebit. Quam grave enim fuerit in primitiva Ecclesia persecutionis tempore campanis vel tintinnabulis carere ex supra quoq; dictis liquidius esse poterit. Sic, ut Baronius indicat, eorum loco, quando monasterii cujusdam monachi fuerunt convocandi, vel omnium cellulas uno ligneorum ictu, vel sigillatim singulorum fores pulsatas fuisse. Exemplum ejus habetur apud Palladium in Lausiacis, ubi scribitur: *Postquam hoc [illegible] tempus ingressus [illegible], qui cæteros fratres excitabat, percutiens fores [illegible], ad proprium oratoria deducebat.* Sic apud Hieronymum legitur: Post *alleluja* cantatum, quo signo vocabantur ad collectam, nulli residere licitum erat: sed prima, [illegible] veniens, cæterarum operiebatur adventum, Epist. 27 & Monast. S. Paulæ.

pudore ad exempla laboris eas provocans, non terrore. Quod quàm grave etiam fuerit de eo cuilibet judicare licebit. Ita scilicet qualem primitivæ Christiani Ecclesiæ in convocandis ad sacra hominibus molestiam desudarint, percepimus.

§. 3. Apud Turcas neque campanarum, nec horologiorum usum locum habere, Turcicarum rerum scriptores indicant. Persuasum enim sibi habent, qua phrænesi ducti nescio, Campanas pariter & horologia seditionum signa & indicia esse, unde nec illorum Imperator, nec alii in Oriente Principes ob seditionis bellorumq; metum Campanas tolerant: sed ejus loco, si quando convocandi homines sunt ad sacra, sacerdos præaltam circa templum turrim ascendere elata grandisonaque voce, digitis aures obstruentibus, verba hæc: ALLACH, HECHBER. i.e. *Deus verus unus*, ter repetere tenetur. Quo percepto clamore, cuilibet ad templa properandum. Parili quoque ratione Josephus d. bell. Jud. cap. 9. lib. 5. apud Ebræos Sacerdotem ex eminentiori turri tubæ sonitu Sabbatha indicare consuevisse testatur.

Georgieritz. d. Turcic. Cerē. c. 1. & Jodoc. à Meggen in peregr. Hierosol. c. 16

§. 4. Hodie verò, sicut omnia in commodiorem redacta sunt ordinem, ita Campanarum sonitu sacra intimari optime solent. Et non tantùm diebus singulis dominicis per Campanas ex turribus signa dari solent certis vicibus, ut constet, quando & ubi populus ad audiendum Dei Verbum & sacra peragenda alia convenire debeat, sed maximè diebus festis solemnioribus majores Campanæ, ubi sunt, vel omnes simul solent pulsari. Sic Durandus statuit, die Veneris ante Festum Paschatos, qui est dies Sepulturæ Christi, quem ipsum hodie in Ecclesia celebramus in piam passionis mortisque Christi memoriam, omnium Campanarum linguas esse solvendas, quo sic Salvatoris mortem mortiferam magis magisque condoleamus. Adhiberi igitur Campanæ solent in festorum so-

in Rational. divor. l. 6. c. 72.

Ord. Eccl. Coburg c. 13. p. 186. verb. Dieweil auch das leutē,

lem-

[illegible] majorem, sicut in veteri Testamento [illegible] [illegible] proclamari conveniebat. Adhiberi [illegible] [illegible] diebus dominicis, quo Sabbathum Dei [illegible] pueri [illegible]que animi cultu celebrandum meminerimus.

§. 5. Nec minus piæ consuetudinis est multis in locis [illegible] Campanularum tinnitu populus ad sacræ synaxeos usum & accessum [illegible]citetur, de quo verba Theologi [illegible] [illegible] quæ hæc habentur observantiæ [illegible] significationes: Das ist die [illegible] / inquit: [illegible] man an vielen Orthen / gleich wie auch hier bey uns (Leipzig) vor [illegible] auch des hochwürdigen Abend- [illegible] / [illegible] mit einem kleinen Glöcklein leutet / den [illegible] nicht allein ein Wecker zur Andacht / darbey sich [illegible] und [illegible] zu einer heilsamen Geniessung schicken [illegible] sollen; sondern es dienet uns auch zu einem [illegible] Todeszeichen / und daß wir uns dabey unserer Todesgedancken / [illegible] man den verstorbenen zu [illegible] leutet / erinnern / und nicht allein an den zeitlichen Tod gedencken / sondern auch vor dem ewigen Tod [illegible] sollen. [illegible] in d. [illegible] p. 364.

[illegible] ratio esse potest, quod ante baptismatis sacerrimi actũ Camparum [illegible] soleat, nempe, ut præter significationem baptismalis actus determinatum tempus baptizati [illegible] memoriam habeant; quemadmodum & priscis temporibus eadem de causa super beatè mortuorum sepulchra baptizari solitum fuisse Scriptores Ecclesiastici testantur. Schmid. d. baptis. sup. mort.

§. 6. Nec tantum mane ac vesperi, sed interdiu quoque certis horis Campanæ sonum reddere in locis nostris & alienis passim jubentur ad preces pro pace, vel alia necessitate, quod Papismum redolere quidem videtur; ex quo Pontificibus Romanis tale quid sancientibus, velut ex Jure Canonico. 398

Sed

Sed etiam videbimus, ut admoneantur Pontificii homines ter Ave Maria vel sæpius repetere. Nos Pontificiorum ineptias qui dudum proscripsimus, quod optimum est retinere solemus missis idolomaniis & vanis superstitionibus nihilominus horas piarum precum & publicè & privatos inter parietes observare solemus, idque salvâ conscientiâ & constitutionibus nostris salvis Ecclesiasticis. Ita vero circumspectè Constitutio Coburgensis, quæ in Ducatu nostro Gothano ad huc viget, monet: Weil auch der tägliche Gebrauch mit der Betglocken / so man pro pace leutet / zu nennen pflegt / ungleich gehalten / weil an etlichen Orthen / dieselbige als eine Päpstische Anreitzung zur Abgötterey geachtet / und demnach eine zeitlang unterlassen worden / deswegen sich die Leute beklaget / und es aber an ihm selbst anders nichts / denn eine Erinnerung und Anreitzung zum rechten warhafftigen Christlichen Gebeth / als soll solches leuten / wo es herkommen und bräuchlich / auch hinfüro geschehen / und täglich Morgens frühe mit dem Tage / Mittags um eilf Uhr (alibi circa duodecimam, aut primâ secundamve pomeridianam, quod vulgo vocant an die Marg / oder Marien sc. Glocke schlagen) dann Abends mit der Sonnen untergang / zum Gebeth geleutet werden. Et post pauca interposita; Es sollen aber hierbey Lehrer und Prediger / so offt es die Gelegenheit giebt / ihre Zuhörer erinnern / ihre Kinder und Gesind daheim anzuhalten / daß sie feine tröstliche Gebetlein / in wahrer Andacht und schuldiger Ehrerbietung sprechen / als sonderlich das Vater Unser / einen Psalm / &c.

Coburg. Kirchen-Ordn. 13. P. 180. ex Const. Elect. f. 319

§. 7. Præterea etiam Campanarum usus in aliis actibus sacris requiritur. Ut enim in actibus baptismalibus etiam & ad convocandum populum, & ad devotionem huic actui debitam excitandam, utut distinctus in hisce plerumque feratur

ab aliis sonitus: ita post mortem ad funera intimanda publica plures adhiberi solent pro majori sc. funebrali pompa & solennitate, sicut è Sectione ultimâ erit cognoscere. Nec id nostris tantum temporibus, sed & multis retrò seculis. De Porsenna Hetruscorum Rege Plinius refert, quod illius in monumento innumera ejusmodi tintinabula, vel ornatus causâ, vel quod aliud quid sacri monstrarent, fuerint. Sic in funere Alexandri Magni, cujus justa funebria Rex Ægypti Ptolomæus curavit, ipsumq; ejus secutus funus, sexaginta quatuor muli aureis monilibus & coronis, de auribus gestantes aureas sonorasq; campanulas ad currum regium funebrem trahendum conducti leguntur. Nec minus apud priscos varii in funeribus campanarum ritus. De Codonophoris Sectione sequenti dicemus, qui phyalas circumire soliti, sive hoc confinio etiam alii venire possunt, nimirùm, qui atrati funus præcesserunt, quorum officium juxta Suidam & Guiliel.m. Budæum fuit, funus præcedere, & campanulas, quas secum ferebant, movere, tinnitumque edere, vel ad spectandam funebrem pompam; vel ad officium demortuis debitum promtius præstandum. Et sanè hodieque in defunctorum exequiis campanæ audiuntur, ut excitentur & præmoneantur nedum cognati & necessarii, sed & cæteri cives ad præstanda defunctis officia. Minimè verò, ut Ethnicis & hodie Papalibus persuasum, ad repellenda spectra aut dæmonia à sepulchris ædibusq; defunctorum, ceu illam superstitionem refellet Sect. vi. Sed & in hisce actibus funebribus distinctionem & campanarum moderationem adhiberi, Sectio exponet ultima.

Diodor. Sic.

Alb. Pig. lib. 7. in fin.

Hier. Mog. lib. 4. Miscel. c. 14.

§. 8. In nuptiarum quoq; solennitatibus Campanarum dari solent signa, germ. dicimus: jetzt höret man die Braut-Glocke / oder es wird zu der Brautmeße geleutet. tum ad lætitiam novis nuptis & convivis procreandam, tum ad 399

 ho-

honorem publicum iis ſignificandum, vel ad vota pro felici matrimonio concipienda, ſive preces pro iisdem ardentiores fundendas; Si enim quicquam felici ſucceſſu opus, nuptiarum auſpicium eô, adeoque piis precibus opus habere credimus. Nec minus Campanarum conceptus in Academiis novellis Magiſtris, Licentiatis atque Doctoribus in omnibus facultatibus actibus ſolemnioribus præmitti & poſtponi ſolet, vel ad ampliſſimarum talium honorum famam divulgandam, vel ad aliorum ſtudia, paribus honoribus aliquando dignos futuros exſtimulanda, vel denique ad majorem actus hujusmodi pompam.

§. 9. Nec incommodus Campanarum uſus eſt in Scholis trivialibus, Gymnaſiis & Academiis, quo ſtatis temporibus ad ſigna data quilibet ejus, quod eſt officii, diligenter admoneatur, & ſcire poſſit, quas lectiones hac vel illa horâ audire debeat. Et ſane ſi uſpiam, in Gymnaſio Portenſi optimo ordine cuncta ſunt diſpoſita, ut dato Campanulæ ſigno totus dies, & omnium dierum & horarum labores alumnorum minimo maximo juſtè diſtribui videantur, adeoque extremæ ac ſupinæ negligentiæ ſocius ſit oportet, qui non tam laudabili hôc ſervato ordine DEO favente in literis laudabiliter quoq; poſſet proficere, quos omnes ipſa campana ſeqq. exſuſcitet:

Os mihi ſemper hians, eſt pendens ferrea lingua,
Nec, niſi cùm cogunt verbera multa, loquor.
Non ulli noceo clamoribus, hortor iniquos,
Ut vigili quærant corde ſalutis iter.

SECTI.

SECTIO V.

De Usu Campanarum Profano seu Politico.

SIcut in choro, seu in actibus sacris; ita in Foro Campanarum usum esse longè frequentissimum, nullum plane est dubium. Neque verò ad sacra tantùm, verùm iam ad ea, quæ bellicas res concernebant, adhibebantur, quod sæpè laudatus Hadrianus Junius hisce verbis significat: *Si qua vis ingrueret, Campani æris tinnitu, indicium ejus rei dabatur olim*: unde Papin. Statius lib. VI. Thebaid. in quem loc. vid. Casp. Barthii Comm. eleganter cecinit:

——— Procul auxiliantia gentes
Æra crepant.

Et Titus Livius, campanarum, inquit, in bellis multitudo cum æris crepitu, qualis in defectu lunæ, silente nocte fieri solet, edidit clamorem. Et in terrendis hostibus campanas fuisse admotas Camerarius cent. 1. Hor. Suc. c. 77. prolixe demonstrat, quem videbis. Nec dissimili modo belli duces & Imperatores exercituum, in castris, quasi in civitate ambulatoria, turricula quoque campanaria, è ligno extructa, identidem cum loco mutabili & ambulatorio habebant, è quo campana pendebat, quam turriculam Italicâ voce *Carrogium*, quasi magnum currum appellabant, quòd ab unâ parte majoris currus formam referret. Et positis castris, locus Carrocii erat prope Imperatoris tentorium, in cujus supremâ parte signum figebatur militare. In hoc carrocio Sole & oriente & occidente à milite campana movebatur Deum omnium rerum custodem venerandi adorandiq; in signum perspicuum, maximeq; id fiebat die dominicâ. Sic cùm bellicum canere oporteret, eodem tintinnabulo, milites ad arma convocabantur. Cum in hostem progrediendum, confligendumq; atque certandum, Carrocium cum suo signo campanaq; ibi-

Struv. in Disp. de Cit. c. ult.

400

dem suspensâ mediâ in acie ponebatur, quod à custodibus militibus observare oportebat, ne ab hoste diriperetur, ut vix ipse imperator tantâ observaretur curâ: idque propterea, quia maximæ & inexcusabilis ignominiæ haberetur, si Carrocium ab exercitu fuerit amissum; hinc tantum ejus defendendi erat militum studium, tantusq; pro eo pugnantium ardor, ut quem locum vivus quisq; occupasset, amisso Carrocio [illegible], corpore tegeret. Ex quo concitum proverbium REGULA INFÆRENDUM, TANQUAM SOLENT BONONIENSES CARRUCIO, quæ verba, quorum Autor creditur Accursius dum Bononiæ versatus, in quodam suo glossemate, apud JCtos non infrequentia inveniantur, ut Alciatus perhibet. Quâ verò formâ & figurâ carrocium sit propriè depingendum, de eo quædam in Chronicis Villani Florentini & apud Philippum Rubenium ex Antonio Campo, Pictore atque Equite Cremonensi, in descriptione urbis Cremonæ, reperies.

in libr. de verb. significat.

Stockflet. de Camp. us. p.m. 86.

§. 2. Porro Campanarum usum etiam fuisse in Triumphis cognoscimus, ut Triumphantis, & de reportatâ victoriâ lætantis Imperatoris curru triumphali tintinnabulum cum scuticâ sive flagro fuerit alligatum, si, ut par est, Zonaræ fidem adscribimus, quam Cornelius Tacitus etiam corroborare juxta nonnullos videtur, dum scribit de verbis Imperatori triumphanti acclamari solitis: ne gaudio nimium efferretur; quanquam alias ex nullo græco Scriptore hic mos aperte probari posse videatur, quod mirum dixeris. Et ut ex modo dictis Taciti non adeo obscurum, [illegible] is Campanarum seu nolarum currui triumphali appensarum ratio videtur, ut iis, [illegible] mentis, quæ ad plectendos castigandosque homines aliis adhiberentur, Imperator in summo felicitatis fastigio consistens admoneretur, animo ne plus elato, quam decorum, esset, neve, quicquid hic aut victoriæ, aut fortunæ esset suis id unde

Struv. d. l.

viribus, prudentiæ & consiliis ferret acceptũ; Sed labilem esse fortunæ rotam cogitaret, quâ in altum sæpe feruntur homines, ut lapsu graviore ruant. Pulcherrimo huic & utilissimo monito Lipsius, ingens illud orbis Politici decus subscribit, dum similia fere annotat. *Cave*, inquit, *cave Princeps & cogita, supra homines te, sed & hominem esse. Quamdiu autem esse? mors omnia æquabit.* Et Seneca: *Nulli fortuna minus bene, quàm optimè creditur, alia felicitate ad tuendam felicitatem est opus.* Nec non iterum Lipsius ad Principes: *Regnas? Potens subjecti. Dominaris? potes servire. Quicquid alte se sustulit, opportunum est ad casum.* vid. etiam Camerar. in hor. subcis. cent. 1. cap. 12. Mon. & exempl. Polit. lib. 2. c. 14.

§. 3. Tintinnabulorum usus etiam nonnullus in arte equestri & vehiculis deprehenditur. Veteres enim explorarunt, utrum equi essent generosi, aut utrum pugnæ tumultu percellerentur, tintinnabula, id quod hodie tympano vel bombardâ fieri consuevit, ad eorum aures iisque haud levem moventia strepitum. Est & in vehiculis horum usus, sed forsan parum honestus, utut quo ad hominum vitam longè necessarius; ille vero in avehendo stercore consistit, ita; ut quoties id negotii susciperent conducti, signo darent tintinnabula, ut vehiculum advenire audiretur, qui quisque omnis generis sordes posset imponere. Inde ejusmodi vehiculum tintinnabulum vulgo nominabatur. Juxta Varronem autem dicebatur *Sirpea*, i. e. vehes ex crate: Quia è ligno sirpata; vel ut ipse dicit: *Sirpea, quæ virgis sirpatur*, id est, colligando implicatur, in quâ stercus aliusve quid evehitur. Suidas in codonsai. lib. 4. de ling. lat. conf. Mart. Lex.

§. 4. Etiam in administrandâ Republicâ Campanæ vel tintinnabula versari quotidie videmus. Sic gaudium Campanæ signo publicè, quando Princeps ingreditur civitatem, proclamatur, ut è Maran. n. 114. Magnif. D. Struvius in Disput. de Citatione notavit. Quid? quod Magistratus, & ii,

qui in publicis & summis honoribus constituti, & in causis cognoscendis, vel in foro, vel in curia occupantur, litigantes ad examen & auditorium tintinnabulis accersant, silentiumq́; si quæ in altum surgerent rixæ, ad illas placidè componendas, imponant, & quasi ora rixantium claudant. Suo id exemplo Magius testatum reddit, quod Florentiæ legatus ipse ejusmodi ritum spectârit: moveri campanulam, inquit, à præposito, qui eam manu teneat. Quin nobis ipsis talis ritus ignotus esse non potest, cùm in omnibus nostris Judiciis & Consistoriis, quà Politicis vel etiam Academicis tintinnabulis accusati & accusantes vocari soleant. Plura desiderantem ad curias, ad fora ipsa remittimus, ubi, quod videre desiderat, satis habebit. Haberi etiam Campanulas salinas, testis est Valer. Herbergerus in Traurbinden part.2. Conc. XIX. p.m. 351. cujus de re hæc sunt verba: In etlichen Orten pfleget man ein Glöcklein zu leuten / wenn die Saltzkammer offenstehet. Qui mos Salzungæ olim florens hodie desiit.

§.5. Ex quibus simul patet, communem in his cum antiquis hodie nos habere usum, qui usus in iis, quæ ad publica civitatum munera & hominum consortia spectant, insignis maximeq́; est necessarius, pro quo vario usu, differentes quoque dantur Campanarum formæ, majores aliæ, aliæ minores, quælibet verò suis usibus & signis destinatæ, quò distinctius cives possint cognoscere, quæ sibi munia obeunda, quid faciendum, quid omittendum. Sono etiam, quæ ad sacra publica invitant, differant necesse est ab iis, quæ ad alia negotia publica convocant. Sic alterius sint sonus illæ, quæ ad incendia suffocanda; germanicè dictæ die Feuerglocken pulsantur; alterius, cum quibus signum editur, quando urbis portæ vel jungendæ, vel reserandæ; alterius, quibus nundinarum initiationes patefiunt; itemque quibus sontibus atque ad exilium damnatis, sive è provinciæ finibus exterminatis

Friedenreich Politic. c. ult.

ma-

maleficis, receſſus iterum liber & in urbem, unde procul relegati erant, ingreſſus, quoad certum tempus impunitus denunciatur, quod multis in locis obtinet: Germanicè dicimus die Freye Märckte / ſive Freyheiten einleuten / ſicuti in nundinis Petro-Paulinis Numburgi earum initium noſtræ Campanæ per integræ horæ ſpatium concentu [illegible] [illegible] valde penetrabili, & denique finalis quoque claſſicis. Aliud etiam ſignum datur die Capitali (an peinlichen Gerichts-Tagen) inſtante publici muneris horâ, ad cujus uſum ſingularis quædam reſervatur campana, ac ad differentiam cæterarum appellari meruit die Peinliche / vel in locis aliis, die Diebs-Glocke / Sic qui ob facinus aliquod crimenque vel morte vel ſupplicio alio afficiebantur, tintinnabula vel nolas gerere cogebantur, ut habet Camerar. l. c. c. 12. è Zonara idq; vel ob convocandam plebem, ut hoc ſpectaculo & horrendo ſupplicio ex alieno periculo ſibi cavere & ſapere diſcant; vel ne hoc impedimentô damnatus fugam capere valeat.

§. 6. Per Campanas etiam citationes fieri publicas, & quo jure dicetur in Sectione ultimâ. Sed præter hunc publicum citandi uſum modumq; alium adhuc ſupereſſe nonnullorum locorum conſuetudo teſtatur; nempe in ſolemnioribus jure jurandi actibus, quò & juramentum præſtiturus, & alii de hujus actus gravitate admoneantur, per campanam ſignum fieri ordinatur, de quo B. Caſp. Meliſſandri, S.S. Theol. Doct. & Superint. quondam Altenb. meritiſſimi verba legas conſideratione digniſſima, in libello von Eydſchwühren / qui hodie curâ & ſtudio ejus à nepte abnepotis Joh. Henr. Meliſſ. al. Ackers / S.S. Th. Licent. Præceptoris ante hac honor. prodiit.

§. 7. Nec prætereundus eſt Campanarum uſus extrajudicialis & domeſticus. In thermis Romanorum Campanas quoque fuiſſe auditas ſuperius ex Martiali cognovimus. Ex Plutarcho verò & Strabone repetatur, Græcos etiam in piſcatorio

torio foro sub cœnam pullâsse nolam. Et posterior expressè scribit: *Persas in unum locum cœtus cogere ante lucem nolæ sonitu*. Samnæi (quod post Brachmanas secundum Indiæ Philosophorum genus est, cœlibem ducens vitam) ad Campanæ pulsum cœnacula, ubi cibum capere solent, ingressi orant, à peractis precibus iterum campanulam pulsant. Quod & in hunc usq; diem in quibusdam locis literalissimis, ut in Academicis convictoriis, nec non in Scholis Electoralibus, quas inter radiat Porta, tanquam luna inter minora sidera, in quâ ad campanulæ signum preces matutinæ & vespertinæ, prandium & cœna statis temporibus intimari solent, ut quilibet alumnus nosse possit, quò ad datum campanæ signum eundum, quidve faciendum.

§. 8. Tintinnabula excubiatorum præfectos secum ferre solitos, ad explorandos vigiles, ut iis auditis, responderent, testatur Suidas, & ex eo Besoldus in Thes. pr. l. 1. n. 66. idem Speid. spec. var. Jurid. Polit. Histor. observ. p. 507. Hinc Aristophanes in Avibus, jubet *Codonophorum* h. e. tintinnabuli gestatorem circumcurrere. Ad quæ verba græcus Scholiastes notat: eos circumivisse urbem, & phylacas i. e. excubias & vigiles gestare consuevisse tintinnabula, ut, num vigiles verè vigiles essent, deprehendere possent, cui veterum ritui hodie, qvem Rondam vocant, respondere licet conjicere. Probabile enim videtur eô ad differentiam soni oris maximè respexisse; si raucus & obtusus, indicium fuerit somniantis & demum expergefacti: si clarus & distinctus, vigilis officium probatum. Vel etiam moræ & festinationis ratio habita. Codonophoro enim circumcurrenti, statim occurrentes & respondentes vigiles, protinus tales judicabantur; tardiores verò minimè vigilasse: sed tinnitu demum è somno excitati credebantur. Nec tantum id apud Græcos obtinuisse ex Aristophane constat, sed Romanos quoque, dum vigiles mutabant,

buc-

buccinâ canere, non tintinnabulo uti consuevisse, ex Luciano clarum, quando canit:

Et jam quarta canit venturam buccina lucem.

Sic nostrâ ætate in permutandis vigilibus tympana pulsare & tibiâ canere solent nostrates milites. Nec plane dissimili argumento Lucianus ostendit, campanarum pulsu consuevisse olim servos & mercenarios ad opera exhibenda à somno excitari, ad eademque mox revocari. Idemq; non solùm hodie adhuc in Monachorum cœnobiis est in more positum: verùm etiam in aulis, & ubi multi mercenarii aluntur, qui ad labores & officia domestica per tintinnabula à Patrefamiliâs, vel Præposito seu ædium administratore excitantur. Mar... 112.& seq. è L. 1. c. 5. œcon. Arist. Cellar. in Pol. lib. 1. c. 3.

§.9. Etiam Syriæ Deæ Sacerdotes titinnabulo uti consuevisse & inter sacra peragenda precesq; sonum edidisse, ut verbis sonitus immisceretur, alibi ex Luciano recensuimus. Ex quo ab aliis colligi solet, hujusmodi Sacerdotes ad emendicandam & corradendam quoque stipem, campanulas usurpasse. Inde & Magii opinio fert, videri inter antiquorum statuas Romæ Sacerdotem cum perâ & tintinnabulo. cap. 7. Quod hodienum apud nos observatur, mendicantes hincinde in civitatibus & pagis uti suis tintinnabulis, quem ritum haud dubiè habent ex Papatu. In Italiâ enim Divi Antonini Fratres eleemosynas undiquaq; colligere solent tintinnabulis, qui, quamprimum pedem ad portam ponunt, ostiatim quemlibet non rogando, sed titinnabulo salutare, largiusq; dantibus eôdem gratias solvere norunt, cujus potiùs erroris, quàm persuasionis causam puto illam, quod D. Antonius cum tintinnabulo, quod illi sacrum, pingatur. Similiter hodieq; apud Pontificios pecoribus suis alligandam nolam ex memoriâ S. Antonii curant, certò sibi persuadentes, hac ratione sua animantia à peste præservari, cujus rei testis insuper est Ambrosius Novidius, qui de porco grunniente S. Anto-

nio appingi ſolito ſequentes appoſuit verſus:

——————— Collo mea concutit æra
Noſcere quò poſſis, ne noceatur, ait.
Æsq; meum geſtat, baculo quod cernis inuſto,
Quodque rogans æger colla q; multa gerunt.

Nicolai de diverſ. Gent. morib. Inter Saracenos inveniri genus quoddam religioſorum, vel potius hypocritarum refertur, quibus mirificè placeat, vitam ſolitariam cum brutis agere familiariter; ſeseq; & bruta alia eo fine domi alere, ut ſe, ſancti illi viri, veré tales videantur. Cum autem vivant ex eo, quod prætereuntium liberalitas iis ſufferat, quoties minus, quam ſufficiat, habent, ſolitudinem deſerunt, urbemq; ingreſſi brutum, idq; vel urſum, vel cervum, vel aliud tale manuducunt, de cujus colle pendeat tintinnabulum, quo benefactores largiores convocentur. En! quàm diverſus campanarum uſus valorq;

§. 10. Campanarum uſum nec brutis denegandum ex dictis patet. In teſtimonium præterea Strabonem provocemus, qui pecudibus fuiſſe alligata tintinnabula ſcribit, ut horum tinnitu noxiæ feræ ab ipſis abigerentur. Sic lupum ferocem alias & inſidioſum, à ſono & æris tinnitu maximè abhorrere, neq; prius aut facilius retrudi & fugari poſſe, quàm cultro enſem collidente, vel alio quodam clangore compertum haberi proditur. Unde fieri hodiernum colligitur, Paſtores, antiquorum veſtigiis inſiſtentes, ovium, caprarum, boum equorumq; collis campanulas adaptare, vel ad terrendas feras, vel ad pecora facilius cogenda, ut ſic paſtores auxilio & defenſione indigentibus, utpote à feris objurgatis, eo citius ſubvenire, & ſi domum redeundum, facilius ſine inquiſitionis labore eadem poſſit colligere. Hinc imperator Juſtinianus ſanctionem interprete Franciſc. Balduino dedit ſic ſonantem: *Si quis crepitaculum ſive tintinnabulum bovis aut ovis Domitii aut alterius cujusvis animalis ſuſtulerit, convictus flagellatur, ut ſim-*

de la Cerda camp. Eloq. in deſcript. anim. p. 282.

in legib. ruſtic. tit. 2. §. 1. conf. Sidoni Apollin. l. 2 Ep. 2. ad

Et si animal deperditum fuerit, & id damnum sarcito, quod ejus crepitaculum sustulit. Hinc illud Poëtæ: addetit. 4 §. 5. & c. 8. tit. 11. §. 1.

Tintinnum rapit alter inops magis improbus ille,
Qui jumentorum colla tenere solet. Fortuna.. lib. 2. de. S. Medar la

Aliam afferri rationem à Magio percipimus, qui existimat, tintinnabuli sono pecora, perinde ac tibiæ gaudere & pinguescere, probarq; contra negantes id exemplo à se conspecto contrarium. Equidem, inquit, in mari è nave sæpius perspexi sibilo Delphinos à nautis allici, & quasi præ gaudio exultare ac detineri; quod item attestatur Plinius. lib. 11. c. 37.

§. 11. Quantus in venationibus & aucupiis Campanularum usus, in artibus iis vel parum versatis haud innotum. Vis lepores irretiri? facilius fieri non poterit, quàm tintinnabulis. Vis avium aliquod genus illaqueari? tintinnabulis nil reperies commodius. Ratio est, quod cantu nimis afficiantur, ejusque dulcedine trahantur quasi ad retia; sicut & voluptatum illecebris homines, ut pisces hamo, facilè decipiuntur. Exempli loco iterum laudatus Magius testatur, se Anglaræ cicurem carduelem sæpe spectasse, qui fidibus canente citharœdo mirificè exultarit, & per mille vocum discrimina cantum ediderit, quiescente verò illo, siluerit etiam ac quieverit, ut à vi musicâ non secus ac hominem permoveri quis juraret. Nec longiùs abeundum; quotidiè enim observatur aves caveâ inclusas, sonum operis vel oris vehementiùs moveri audientes, suum quoq; altiùs movere solere. Nec hoc adeò mirum, cùm Pastorum quoq; fistulis cervos sisti, & quâdam quasi dulcedine capi exploratum sit. Cui bono enim aliàs cornu venaticum inventum, nisi eo feras in scrobes foveasq; venator posset adducere, dum latitantes ad sonitum ejus aures arrigunt, dulcedine illa persuasæ, suiq; inde oblitæ, manibus se offerunt venatoris? Quid ergò non de tintinnabulis aut campanis dicendum. conf. Plin. H. N. loc. cit.

§. 12. Ridiculum quidem, nec tamen falsum ad abigendos mures vim quandam quasi inesse in Campanulis, ut id experientia docebit, quoties mus captus tintinnabuloq; oneratus, socios terrere solet, qui hospitem ita ornatum, ut se-lem fugere, domuiq; suæ valedicere solent. Propter quam sine dubio quoq; etiam mulis equisq; sua [illegible] appendere [illegible]. Et Lucianum primum, mox Apuleium [illegible] suis egregiis tintinnabulis suspendisse Magius [illegible]. Et constat, mulos præsertim valde delectare [illegible]; quapropter [illegible] ad illorum colla suspendere solent, quo [illegible] sarcinas ferre, nec oneribus sopprimi queant. Ita quoque Romæ in antiquis marmoribus & [illegible] Elephantes reperiuntur collo cum tintinnabulis, [illegible] in vetusto Numismate observatum. vid. [illegible]

§. 13. Quantus etiam usus sit Campanularum in custodienda domo, vel ex eo patet, quod earum ope neque furta clandestina timere, neque domesticorum præsertim servorum, nimis interdum [illegible], fraudes ignorare posse, ut multis in locis, [illegible] Venetiis more receptum, peregrini hic [illegible]. Præterea & ad aperiendas fores Campanarum usum facere, notum est. Ibi foribus enim funiculus habetur ferreus, [illegible] loco dependens, quo attracto, campanula in ædibus suspensa, ejus ferro [illegible], [illegible] velle, [illegible], & per universam domum [illegible] [illegible], hortantur, ut clausæ aperiantur fores, accessus ibi fiat liberior. Quod & Romæ in Capitolio obtinuisse Suetonius confirmat. Inde recte Thom. Dempsterus scriptum reliquit in ostiis Capitolii, & alibi fortasse non [illegible] campanulas vel tintinnabula fuisse ad pulsum ciendum, quo Janitores evocarentur.

in vit. Augusti. lib. 2. Antiq. rô. c. 4. paral. ult.

§.

§. 14. Ut etiam Campanarum usus in arte[m] [illegible] Musicam, paucis ob spatii defectum attingam. Nec enim tin-[illegible] tympana Campanis analoga Musices instrumenta esse, quis negaverit, de quorum in bellis effectu superius mentio facta; sed & habentur Cymbala, & Clavi-Cymbala Musicos concentus tanta cum animi voluptate exp[illegible], ut Angelos è coelis cantantes audivisse putes. Et Magnus [illegible]lis, qui Bononiæ olim in æde Episcopali [illegible] se vidisse narrat, ea arte, ut cum à Sacerdotibus Musices non ignaris ad sonum edendum moverentur, musicos concentus emitterent. Sic Antverpiæ, in turri D. Mariæ egregium Campanarium systema spectatur, quod triginta tribus constat campanis, quæ ut magnitudine & sono inter se differunt, ita suos singulæ funes, suum singulæ malleolum habent, qui per funes diversimode commoti, concentus quoque alius atque alius redditur. Quod vero concentus attinet; tam verè Musicos & harmonicos eos credas, ut [illegible], cujus melodia cantionis pulsetur, distincte cognoscas; verùm etiam in summam admirationem dulcisono illius soni rapiaris, ut dubius sis, an artis, an naturæ superioris vel angelicæ sit. Minores ejusmodi musico concentu plenæ & [illegible] [illegible] Ecclesiasticam referentes Campanulæ ostenduntur quoque Dresdæ in Pinacotheca Electorali. Tantum etiam de Campanarum usu vario.

Frœlich. in Bibliothec. Peregr. pag. 204.

SECTIO VI.

De Campanarum Abusu.

Sicut in re qualibet juxta illud:

Usus habet laudem, sed abusus crimina gignit.

Ita quoque de Campanis id verum esse, paucis attingemus. 405
Qui enim negari poterit Campanarum usui aliàs

…gè maximo & clarissimo abusus etiam varios accrevisse, qui Pontificiorum superstitionem novit nullibi non sese immiscentem. Ita verò illorum animos occupavit insana superstitio circa Campanas, ut non dubitaverint, nec hodie adhuc dubitent, iisdem non secus ac hominibus sacramentum conferre baptismatis, adeò ut adhibitis quoque sacris testibus vel Compatribus nomina iisdem imponere non sint veriti, taceo easdem pari abusu cum ædibus sacris certis noncupatas dicatasq; Divis. Quid verò hoc est si non abusus, & superstitio est? rebus scilicet inanimatis tribuere Sacramenta, nonne extrema impietas est? Et quidem Johannes hujus nominis XIII. Pontifex Romanus A.C. DCCCC LXV. primùm Campanarum baptizationem instituit, magnamq; Lateranensem Campanam de suo noncupari voluit nomine, indeq; mos inolevit præposterus maximèq; absurdus Campanas consecrandi aquâ, humanisque insigniendi nominibus, de quo videri possunt è nostris Osiandri Hist. Eccl. Cent. x. lib. 3, c. 5. Wolf. tom. 1. lect. mem. cap. 13. p. 582. Hunn. Apost. Eccl. Rom. §. 138. Dannhauer. Mysteriosoph. sect. 2. artic 3. ipse Baronius ad ann. 968 Bellarm. de Rom. Pontif. l. 4. cap. 12. §. igitur, **Römischer BienenKorb** / part. 6. c. 3. Sed hodie nonnullos Doctores Pontificios ipsos, qui emunctioris naris sunt, talismodi Campanarum baptismi pudet, quas propterea baptizari negare malunt, vid. Mich. Anton. Frances de Urrutigoyti, de Eccles. Cathedral. c. 24. n. 61. p. 388. ubi prolixè agit de Campanis, negatq; omninò baptizandas, sed duntaxat benedicendas esse fatetur. Sed quid negatione opus, cùm Durandus lib. 1. de ritibus Eccl. c. 22. expressè dicat: *Baptizantur Campanæ.* Et Discipulus de Tempore serm. 17. de Sanctis scribat: Campanas & alias res baptizari cum hôc effectu, ut sint immunes à potestate Satanæ terreant Dæmones; coërceant potestates. Ita grandem illam Campanam Erfurtensem

calov. loc Theol. tõ. ix c. 6. de bapt.

A. C.

A.C. MCCCCXCVII. d. 23. Maji, ab Erhardo de Campen ibidem fusam, 270. centenariorum pondere, in circumferentia 14. cum sesquialtera cubitorum & longitudine 9. ulnarum, à D. Joh. Laphe, in æde D. Mariæ baptizatam & Susannam vocatam testatur Dresserus Isag. hist. part. 5. p. 246. & Dietericus Theologus Conc. select. part. 1. conc. [illegible] Ulm. [illegible] .npl. & camp. consecr. Campanarum autem baptizandarum originem ab Ethnicis & Sagis trahere quis vero non animadvertit cum B. Dannhauero c.l. Natal. Com. lib. 5. c. 17. & [illegible] ad. de Li Cerda in Æneid. Taceo inscriptiones Campanarum varias, qualis in pago Loëstern prope Acad. Giessensem campanæ infusa in h. m. legitur:

Est mea vox Bam, Bam, potens repellere Satan.

§. 2. Exinde factum novimus, quod Campanis vis tanta tribuatur in Papatu, modo non etiam inter nostrates hæc superstitio in quorundam animis adhuc inhæreat, ut earum sonitu Dæmones possint propelli & fugari, id quod claris indicat verbis laudatus Wolfius lect. memorab. p. 593. cujus ea de re hæc sunt verba: Huc pertinent ludibria, quibus nostri quoque homines impositi feruntur, ut nisi sacro baptismo, ad Christi solum membra pertinente, & exorcismis, ubi è sede suà turbandus est Dæmon, ab illis, qui ejus pellendi singulare habent donum, adeò, ut si intermittatur baptisatio, campanas non sic expiatas è turribus Diabolum auferri posse simplicibus sit persuasum. Durandus etiam inquit: Timent Dæmones, auditis his tubis Ecclesiæ militantis, sicut tyrannus timet, audiens in terra sua tubas alicujus Regis potentis inimici sui. Quin foveæ stagnaq; ostendi solent, quò ejusmodi non baptizatas consecratasq; campanas à Dæmone ex turribus proximis invectas esse, asseveranter dicitur, audiriq; earum sonum horâ nocturnâ duodecimâ ante Nativitatis Christi solemnia, vel etiam singulis quatuor anni temporibus. Sed 406

cum

... n hæc longius recenſere, ſit ſuperſtitionem tantam plenius ... futare; refutatione autem in tam manifeſtis ſit ſupervacanea, Campanarum vim in abigendis Dæmonibus ulterius etiam non morabimur.

§. 3. Eôdem ferè res recidit, qvando ingruente & ingraveſcente tonitruorum & fulminum tempeſtate, Campanæ pulſantur ad diſſipanda & diſpellenda fulmina. Utút enim res videatur Phyſicis ſuis rationibus munita, quia ſcilicet campanæ æreæ naturæ propter ſoliditſſimam levitatem aërem graviter feriant, & commoveant, commotus nubem frangat, fracta ſpiritui in eâ incluſo, exitum præbeat, ut ita propter nubium imminutam potentiam fulmina qvoq; reprimantur, vel ſaltem impetus eorum & vehementia retundatur, ſuperſtitione tamen haut caret, & quâ de re Baptiſta Mantuanus ita cecinit.

> Atqve coërcendos lemures, cúm nubila venti
> Conglomerant plenisqve volunt infligere campis
> Perniciem.

Scilicet hiſce videtur riſui exponere Pontificios aniliter ſatis ſub initium tempeſtatis alicujus ad ſuas campanas ſtatim accurrentes. Remotis tamen taliſmodi ſuperſtitionis ſuſpicionibus, maximè in locis illis, ubi conſvetudo invaluit tempeſtatū tempore Campanarum uſum tolerari poſſe ex Ordine Eccleſiaſtico Cob. Gothano aliisqve videri licebit. Qvam in rem Theologus ſæpe laudatus B. Dietericus notavit, quorum primum eſt, ut homines illô mediô, noctu à ſomno excitentur, deinde, quòd ad preces & vota nos adhortentur unanimia & publica; nec non poſteà, ùt timidi ad confidentiam erigantur, & ſolatio ſimul firmentur; campanarum enim ſonitu nórunt, alios vigilare etiam ſecum & ſiqvid periculi in propinquo eſſe deprehendatur, adfuturos nolente auxilium ferentes. Deniqve qvemlibet ad cuſtodiam rerum ſuarum ille vocat Campanarum

sonitus; ad tutelam & defensionem quoq; ceterorum, adhortaturq; ut, si vel una domus patiatur incendium, omnes & singuli concurrant, ne uno periclitante membro, totum perire debeat corpus.

Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet,
Et neglecta solent incendia sumere vires.

Si verò vel favilla superstitionis resplendeat, locum habet illud Fabiani Hippii, Prof. Lipſ. olim Phyſ. celeberrimi, rectissimè scribentis: Illam esse puto meram simulationem callidi & fraudulenti spiritus, in hoc unum omnes ingenii maligni nervos intendentis, ut nostram fiduciam à Creatore ad creaturas deducat, ab iisq; operam petere cogatur. Proinde meritò omnem Campanarum sanctitatem, qualem illi iisdem affingunt, proscribimus, ùt vanum omninò credamus campanarum baptizatarum clangorem adeò sanctum gratumq; esse, ut earum gratiâ tempestates dispellantur, cujus spei specimen campanulæ in cœnobio Haynensi Hassiaco, jàm Xenodochio, inscriptio vult ostendere versu sequenti: nieter. Institut. orat. c. 10. l. 2.

Da veniam Christe, plebs supplicat & sonus iste.

§. 4. Sicut igitur ex dictis patet, varios ab Ethnicis & Pontificiis abusus Campanis fuisse illatos; ita minimè tolerandum est, si campanæ templorum in turribus pendulæ in profanos usus referri vellent. Proinde cautè Constit. sæpiùs laudata Cob. Saxon. Gothana tale quid inhibuit, ùt ex seqq. patebit verbis: Nachdem auch die Glocken fürnemlich zum Gottesdienst verordnet / und dardurch das Volk zum Gehör Gottes Worts und gemeinem Gebehte zu versamlen / dieselben aber zum gemeinen Biersauffen mehrmals misbraucht / soll hinfüro solcher Misbrauch gänzlich abgeschafft / und die Glocken zu keinem weltlichen Gebrauch gezogen werden. p. 321.

SECT. VII. & ULT.

De quibusdam circa Campanas Juribus.

AD jura Campanarum quando accedimus, ante omnia impedimento illi, quod objici solet, obviam nos ire oportebit; Strauch. nimirùm, Campanas minimè inter res sacras referri posse, Ex. 6. Just. gravissimorum JCtorum autoritas dictitat, etiam in illis sub. tit. de locis, ubi eædem baptizari solent, utpote in Galliâ, ceu refert ex Acquir. Mornac. VVieſenb. ad J. diſp. 9. th. 10. Verùm res in vado esse vi- poss. & do. min.

detur, adhibita scilicet distinctione notissima inter rem absolutè & respectivè consideratam. Priori modo concedimus omnino [illegible] [illegible] utique inter res sacras non aliter ac [illegible] [illegible] pellectilem referri posse, vel ipsa ratio evincit. Quam in rem non minus erudite, quam concinnè scripsit B. Magnificus Dn. Cancellarius Saxo-Gothanus quondam splendidissimus Dn. Patruelis & [illegible] vergeta post cineres quoque meus [illegible], cujus verba hæc sunt: Res divini juris sunt, quæ nullius in bonis sunt, [illegible] simpliciter, & secundum actum & potentiam; [illegible] nullo modo alicujus esse possunt l. 2. [illegible], quædam nullius h. t. §. [illegible] J. eod. [illegible] sunt vel simpliciter tales, ut res sacræ religiosæ, vel quodam modo ut sanctæ, quia ad similitudinem quandam sacratæ legibus [illegible] [illegible] sanctis poenis [illegible] inviolatæ manent, Alex. ab Alex. lib. 6. Genial. dier. c. 14. [illegible] Hinc pro sacrilegio utique habendum, si quis Campanam ex ædibus sacris furto abstulerit, vel iisdem aut earundem custodibus ædituis alias dictis §. 1. J. de [illegible] [illegible] injuriam quoquo modo intulerit. Textus est expressus in l. 10. C. de Episc. & Cler. [illegible] l. [illegible] C. de his, qui ad Ecclesiam confug. Sacer enim est locus Ecclesiæ, Deo dicatus & sacratus §. 8. J. de R. D. Qui propterea etiam dicitur sanctus, ut ab injuriis hominum [illegible] tur & defendatur l. 8. ff. de R. D. gravius utique in templo delinquens puniendus est, quam in alio loco, Tiber. Decian. in Tr. Crim. lib. 6. c. 24. n. 8. & seq.

Carpzov. Jurisp. Eccl. lib. 3. tit. 8. def. 95. n. & sq.

§. 2. Hinc etiam varia circa Campanas jura alia obvenire solent. [illegible] est, Accusatos pariter & reos per Campanas publicè citare, ut habet [illegible] 7. [illegible] in criminalibus [illegible] [illegible] [illegible] per [illegible], l. 10. ff. de publ. jud. [illegible] Qui usus etiam in bellis observari solet, quando milites ob [illegible] aliquem citandi veniunt, qua de re videre licet jura communia belli. Ejusdem [illegible] est [illegible] vel [illegible] ad juramentum publicè & solenniter præmissis Campanæ signis, præstandum, de quo [illegible] Remp. introducto notatu digna sunt verba Theo[illegible] quondam Celeberrimi B. Dn. [illegible] Antistitis, [illegible] veree, Altenburgensis, in Tractat. superius allegato, [illegible] [illegible]. Quomodo vero per sonum Campanæ possit fieri citatio, vid. Dn. Alberic. à Rosat. ad auth. qui semel. C. quomodo & qu. [illegible] An autem per Campanam citati dicantur contumaces? vid.

bar. in Extrav. ad reprimendum in verbis citat. ubi Bartol. parilitione usus quoque Campanarum in aliis jure obtinet. Sic qu... doscives venire debent, jam ad fores stantes, ad proponenda ... rum gravamina apud Magistratum & dicitur das Sturm leuten. v. Magnific. Dn. Struv. Praecept. meus colendissimus in disput. de Ch. c. ult. Porro si maleficis eundum est ad Tribunal seu publicum judicium, ut poenae capitali tradantur Struv. d. l.

§. 3. Et quae non jura in sepulturis Campanis tribuuntur? Ecclesiastici enim ordines non immerito discrimen observari praecipiunt inter personas sepeliendas honoratiores vel plane inhonestas aut impias. Sic v. g. funera honoratiorum solent non tantum omnibus campanis, sed etiam tribus distinctis vicibus & signis intimari, prout consuetudo local. observatur, id quod germanice dicitur: Es wird ihnen dreÿ Zeichen geleutet. Iis autem, quibus res angusta domi obstat, vel pauciora signa vel minores campanae resonare solent, sine tamen nota inhonestatis. Ita in nonnullis locis mos viget, ut pro civibus ante sacrae synaxeos usum demortuis unica tantum pulsetur campanula. Aliter autem res se habet cum inhoneste & impie morientibus, quales sunt (1.) autocheires, qui semetipsos interfecerunt; Imo ii, contemtores verbi divini & sacramentorum, hos sepultura honesta dignari aequum non est, sed haud immerito sepultura canina afficiendos, quo alii exemplo tam tristi deterreantur, ... inicitur arg. l. capitalium 28. §. famosos 15. ff. de poen. l. 31. ff. de posit. Eaque sepultura ab aliis vocatur asinina; Cicer. Phil. 1. insepultam vocat sepulturam. Cadavera scilicet interfectorum a carnifice per fenestras dejecta, vel sub domus limine extractum locum infamem & cadaveribus destinatum: vel saltem extra c[oe]meterium in locum peculiarem projiciuntur & humantur Gail. ... lib. 1. art. 31. n. 3. lit. B. Joh. Schneidevvin in §. religiosum n. ... J. de R. D. Conf. Jer. 12. vers. 19. Et tales pars vulpium erunt Ps. 63. h. e. projicientur cadavera eorum, sine honore sepulturae & erunt praeda vulpibus, nos dicimus: sie werden den ... an ... vid. §. 6. J. de publ. judic. Matth. VVesenb. in not. ad Schneidevvin. in §. juris praecepta n. 5. de J. & J. Sic supremum Consistorium Electorale Praefecto in Zadeln die 28. Jun. An. 1637. rescripsit verb. Ihr wollet gestalten Sachen und Umständen nach Verordnung thun / damit der todte Cörper auf den Kirchhof an einen

Carpz. J. Consist. l. 1. ... 2. def. 375. & seq.

einen sonderlichen Orth Abends oder Morgens frühe ohne leuten [illegible] Ceremonien begraben werden. (i.) Cadave[illegible] rum [illegible] in [illegible] e carnifice in loco honoso ter[illegible] Jul. Clar. in pract. crim. §. [illegible] quæst. [illegible] Sie sollen [illegible] Scharffrichter unter den Galgen begraben werden. Non vero [illegible] sunt honesta sepultura (ii.) qui ex Melancholia, furor[illegible], aliave causa impotentiæ mortem sibi inferunt. l. [illegible] ff. ad L. Corn. de sicar. l. 9. §. 2. ff. ad L. Pompej. [illegible] l. 14. ff. de Offic. [illegible] praes. [illegible] de crimine nondum confessi vel convicti, qui [illegible] [illegible] ubi DD. C. de poen. l. ult. C. de Custod. [illegible] can. 1. & can. [illegible] 1. qv. 1. Hippol. de Marsil. in pract. crim. §. secundæ quæstio n. [illegible] (iii.) Morte improvisa [illegible] infelici abrepti l. 1. §. 3. in fin. ff. ad L. Corn. de sicariis l. 2. l. 5. C. eod. Jac. Damhoud. in pract. crim. cap. 85. in f. (iv.) Catholici & Calviniani vel alii sectæ addicti in [illegible] cus [illegible] Evangelicorum. Georg. Dedeken. vol. 1. Consil. [illegible] [illegible] sect. 7. n. 16. fol. 1093. (v.) Nec [illegible] qui [illegible] de falsa religione sunt suspecti, denegari debet se[illegible] [illegible] ubi DD. C. de poenit. Quibus tamen de pultura l. [illegible] ceremoniis [illegible] est. Ita Sereniss. Sax. Elect. die 4. Jun. An. [illegible] rescripsit: [illegible] mit der halbe Schul und Schüler. Consistorium [illegible] die 18. Jan. An. 1637. ohne [illegible] und [illegible] gen. de qua ceremoniarum moderatione vid. Carpz. d. l. Unde quasi in commune [illegible] Sepultus est sine lux sine cru[illegible] & sine omni elemento, germanice dici solet: Er ist hinaus getra[illegible]gen ohne Geleut und ohne Gebetl.

§. 40. Sic juxta Jus Can. non omnibus æquè personis propria autoritate & voluntate campanis tot, quot ipsis placet, uti permissum est, sine sedis Apostolicæ licentia vid. Cap. un. de offic. custod. in extrav. Comm. Et refert Do. Albert. à Rosate in Dict. quod [illegible] qualis fuerit in Curia Romana, utrum fratres prædicatores possint habere plures campanas, quem vid. sub voc. Campana. [illegible] bullis plumbis non licitum est habere campanas, templarii [illegible] hospitalarii, neque eas pulsare sine consensu Episcopi diœcesis [illegible] e patentibus, de privil. & excess. Et Clericis, qui [illegible] [illegible] denegatur Campanarum pulsatio, si sepulturæ traduntur, & possunt cum silentio i. e. sine campanarum pulsatione sepeliri. [illegible] [illegible] de poenit. & remiss.

§. 5. Nec carent Campanæ suis privilegiis; præterea enim, quod, secundum res mobiles Studiosorum vulgo [illegible] dictæ vel [illegible] à publicis vectigalibus sint immunes Imperatoris gratia [illegible]. [illegible] Campanarum vectuæ à [illegible] sunt immunes, nec debent aut possunt sine consensu episcopi alienari vel oppignorari aut transportari. Verum fatendum est, si tempore belli [illegible] alibi venderentur, easdem sine redditu Pecuniæ [illegible], ut furto communiter [illegible] suis possessoribus debent, reddi oportere. Aliter autem se habet, si tempore belli & obsessionis urbs quædam in victoris manus concedat, nunc jure belli omnes quoque ejusdem campanæ in Triumphatoris potestatem veniunt. De eo autem controversia emergere posset; Num Campanarum usus inhiberi possit ac debeat? & videtur, quod sic. Sicuti enim faber cum sua arte ex vicinia doctorum hominum, aut gravis medicamentum pelli possit; ita quoque Campanarum usus propelli posse videtur. De Fabris quidem & [illegible] multi aperte affirmant, ut Bart. in lib. 1. ff. [illegible] n. 30. Jason n. 46. Franc. [illegible] 117. usque 120. & Alciatus n. 51. 52. Cum [illegible] sit publica utilitas & spes, quam de doctis eorumque studiis Imperatores promittunt in l. 1. C. qui ætate vel profess. se excus. lib. 10. l. un. in f. C. de studiis liberalibus [illegible] lib. 11. l. 1. C. de [illegible] lib. 10. Ubique etenim, si [illegible] fabrum & [illegible] sedem sibi occupaverit, [illegible] qui prior tempore, potior jure. cont. Jacob. Menoch. lib. 2. de Arbitr. Jud. Cent. 2. cas. 117, n. 6. per l. 2. §. 8. quis nomine ff. Ne quid in loco publ. cum l. potior leg. qui balneum ff. qui pot. in pignor. habeant. Sic Matth. Coler. suo exemplo probat, quo jure victorem vicinum suum, qui [illegible] incommoda se removerit, ut ipse testatur de proc. execut. part. 1. cap. 4. n. 8. Verum quo jure Campanarum pulsus inhiberi possit, non video. Distinguunt quidem Interpp. secundum ægrotanti campanarum [illegible] & non necessarius strepitus gravis sit, eum esse coercendum l. 2. §. Idem ait ff. Ne quid in loc. publ. quia [illegible] hominis, [illegible] natura omnia comparavit l. si pecudum 28. ff. de usur. nullo modo adimi queat l. si pater 24. in fin. ff. de Donat. Et exinde rebus omnibus & cuivis commodo sit præferenda. Lucas de Penna in l. un. C. stud. liber. Urb. Rom. lib. 11. circ. fin. Verum negatur etiam propter eos,

Barthol. Cæpol. de servitut. rust. præd. c. 43. de Aëre Alciatus d. l. tit. 56.

409


qui gravi simis decumbunt morbis, perpetuum & irrevocabilem campanarum usum esse inhibendum. Neque enim unius salus præ- ponenda omnibus; sicut neque publica præferri solent privatis, sin verò non necessarius, poterit in eo dispensari, quia omne nimium vertitur in vitium.

§. 6. Denique paucis etiam attingemus jura Campanarum fusoribus & custodibus seu Æditui competentia. Priores, si nova campana per 24. hor. spacium, ut speciminis loco primùm fieri debet, duraverit, sunt, proba tales præstita, extra periculum. Quale examen & exemplum nuper in vicinia Molsebiæ fuit peractum. Posterioribus nempe æditui incumbit utique earum cura, & in movendis iis, quoties res postulat, labor indissolubilis injunctus est, id quod expresse verbisque clarissimis constat. Ecclesiast. ipsa dictitat. Es soll der Glöckner sich ... mit dem geläut / daß er jederzeit / besonders aber an Festen / Sonn- und Feyertagen auf gewisse bestimte Zeit zum Amt / zur Predigt / zur heiligen Tauff / zum Gebet Morgends und Abends und zur Begräbnüß leute. Quod constitutum nuperius ab illust. Consist. Fridensteni. in speciali casu denuo confirmatum & ad observandum Rescriptum ad Pastor. Buttleb. Per Rev. & Cl. Dn. M. Joh. Hein. Arstenium. Unicum adhuc coronidis loco notare debemus, quæstionem fuisse in curia Romana Author est Dn. Alberic. in dictionar. sub. voc. Campana inter ordinem Humiliatorum & quosdam monachos, & diu durasse & magnas expensas fecisse scilicet, Quis primò deberet pulsare matutinum? Et finaliter dicitur, determinatam fuisse, quod, qui primò surgeret, primò pulsare deberet. Plura, quæ haberemus, commodiori reservabimus occasioni, interim

Coburg. cap. 29. p. 320. & seq

Nunc sic sit finis, sit laus & gloria Trini uni.

FINIS.



B. L. Corrigenda.

pag. 16. lin. 16. lege ... pag. ... l. ... Omnium ...
p. 21. l. 14. obstruentibus ... p. 25. l. 23 joris ... ibid. ...